



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi  
Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

Arnostus de Scara Testamenti sui Executorem constituit R. D. Arnestum  
Decanum Ecclesiæ Pragensis, filium suum. An. 1341.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

DEUM suorum amicorum, & charissimorum  
injurias. Exempla passim in Speculo Exemplorum invenies ;  
blasphemias in Sanctos extremis & atrocissimis supplicijs divinitus  
punitas, lege apud Dauoultium, alioſq;. Solicitus est de honore San-  
ctorum suorum DEUS. Ubi nos habemus in Genesi : Non permane-  
bit spiritus meus in homine ; in Hebreo esse dicitur : non invagina-  
bitur spiritus meus ; est enim DEVS (ut loquitur Franciscus Ge-  
orgius Probl. 79. in Genesim) in Sanctis suis velut gladius in vagina,  
ob velocitatem scilicet auxiliū, ob defensionem Sanctorum, &c. Huc  
referri potest illud, quod D. Ambrosius de Beatissimae Virginis de-  
fensione dixit : Maluit Dominus aliquos de sua generatione,  
quam de Matris pudore dubitare.

Recitabo litterarum exemplar. Hoc ipsum, ut ap-  
ponerem, quidam in Antiquitate curiosi monuerunt.

Arnostus de Scara Testamenti  
sui Executorem constituit R. D. Arne-  
stum Decanum Ecclesiae Pragen-  
sis, filium suum. An. 1341.

<sup>Ita in vete-  
sta membra-  
ha invenio.  
in Originali.</sup>

<sup>Archiv. Glas.</sup>  
N. 17.

**N**overint universi, presentes litteras  
inspecturi: quod ego Arnostus de Sca-  
ra, licet aliquantulum æger corpore, sanus  
tamen mente, & in bona valetudine rationis,  
dilectum filium meum D. Arnestum, Deca-

K 2 num

num Ecclesiae Pragensis, quandoque me  
DEVS de hac luce migrare permiserit, post  
obitum meum executorem Testamenti mei  
constituo, ordino, & facio; dico, & eidem  
filio meo principaliter Arcem meam, ac mu-  
nitionem meam Pardubycz, cum Civitate  
nova, & villis; scilicet: Ostrzessan, Buko-  
vyna, Czyrna, Lhota dicta Bibarziska, &  
Lhota de Przevvoz, cum hereditatibus,  
silvis, molendinis, aquis, pescationibus, pra-  
tis, & omnibus pertinentijs suis, nec non o-  
mnes alias munitiones, accurias, araturas,  
Civitates, villas, & hereditates meas, quas  
ubicunque locorum habeo, & omnes res, & bo-  
na mea mobilia, & immobilia, in quibuscunque  
rebus existant, nec non orphanos piæ recor-  
dationis Fratris mei Theodorici quondam  
de Hostyna, ac Conthoralem meam D. Ade-  
liczkam, & liberos meos committo, & com-  
mendo, ipsumq; tutorcm, ac gubernatorem  
& rectorem eorū ordino, & constituo per hac  
scripta

scripta; præterea D. Adeliczczæ Conthoraliæ Munitiōem in Scara, & ipsam vilam dictam Scara, cum Civitate Liuban, & villis; videlicet: Hrzmin, Wazicze, & Sedlyscze, ac cum molendinis omnibus, aquis, pratis, pascuis, omnibusq; hereditatibus cultis & incultis, ad prefatam munitiōem in Scara, Civitatēq; Liuban, & villas predictas pertinentibus, pro suo dotalicio lego, & do; per presentes adjiciens, quod tam eadem bona, quam dictam conthoralem meam, matrem suam, præcedens D. Arnestus Decanus Pragensis, filius meus, regere debeat, & tueri; cuius consilio, & consensu eadē mea conthoralis de predictis bonis nihil alienet, ac faciat, ordinet ac disponat. In cuius rei robur, ac testimonium, sigilla, meum videlicet, & Nobilium virorum, Dominorum & vicinorum meorum Boczkonis de Kopydlna, Syppæ de Nemoyczewves, Bohunconis de Lopucz, Buczkonis de Marquarticz, Sdeffonis de

K 3.

Strie-

*Strieuvvacz*, præsentibus sunt appensa. Actum, & datum in Scara A. D. 1341. IV. Calend. Januarij.

Sigillum *Boczkonis de Kopydlna Sagitta* vetus est, qualem ferunt Domini de Kravvarzin Moravia, & Mraczky in Bohemia.

Sigillum *Buczkonis de Marquarticz Cornua* quædam, qualia Domini Dubsky gerunt.

Sigillum *Sdeffonis de Sirzieuvvacz* habere videtur *Ibycem* aut *Rupicapram*, aut aliud simile Animal.

Tria reliqua sigilla, et si intacta (id est primum, tertium, & quartum) præ Antiquitate distinguiri satis non possunt.



De